



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Antonii Florebelli Mvtinensis Ad Germanos Oratio de Concordia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



ANTONII FLORE-
BELLI MVTINENSIS AD
GERMANOS ORATIO
de Concordia.

VM pro mea summa pietate erga Christianam Re-
pub. Germani, vehementer de belli, quod ad Italiam
gereretur, euentu sollicitus essem, atque in tantis
que me hercule magis extimescerem aduersa, quam
sperarem secundas: repente percussus sum atrocissimo tumultu,
Ferdinandi regis Romanorum copias ab hostibus circumuentas,
atque deletas: oppidum Budam, & totam inferiorem occupa-
tam esse Pannoniam. Quae Reipub. ac sociorum elationem
mihi luctum, tantum inuicem attulit, ut nihil mihi post luctum
suis, nihil acerbius accidere poterit. Ego enim is sum, Germa-
ni, qui communibus periculis, & calamitatibus, praecipuo quo-
dam animi dolore & sollicitudine afficior, atque angor. Nec do-
bito, quin item vos tanto Reipub. detrimento vehementer per-
cussi, & commoti sitis. Est enim hominum, Christianam patriam
colentium, in rebus suis aduersis, atque asperis, adhibenda
ne animi aequitatem, atque constantiam: communibus vero mi-
serijs, & periculis, vehementius commoueri. Equidem huius mo-
dia memoria repetens superiores Reip. calamitates, quae multae sunt,
imprimis graues fuerunt, hanc duco omnium esse maximam, &
que grauisimam. Ut enim hominum saepe & grauius aggraua-
tium posterior morbus solet esse superiore periculorum, in
omnium, quas vnquam Reipub. accepit, recens haec clades pro-
uulsissima iudicanda est: eoque grauior, quod ad superiores non
ferit. Proxima enim quaeque hostium victoria quantopere
rum spiritus atque opes ad Reipub. oppugnandam aggraua-
tore pere animos nostros viresque ad defendendam imminuit. Quis
est autem, qui non intelligat, quantum ea hoc tempore & quam
grauis acceperit vulnus, amisso maximo non solum ornamentis
dignitatis suae, sed etiam praesidio salutis? Erat enim Pannonia
regnum ita hostibus obiectum, ut eius oppositu, tanquam vultu

quodam & aggere septa esset, ac munita. Ea porro fuit omni tempore Praeonomum virtutis in re militari, fortitudinisque praestantia, is in tempore animus, antequam bellum inter Ferdinandum, & Ioannem reges existeret, ut nullum unquam pro salute & religione contra reges periculum recusat: Bellum continenter fere cum hostibus nostris, & quidem magis animo parati, quam opibus, & facilius instructi gesserint: saepe ingentibus eorum copiis manus superatis & fuis, clarissimas Deo opt. max. iuvante, nobilissimasque victorias reportarunt. Atque hanc ego impendentem Reipub. ac sociis nostris tempestatem, Germani, tanquam ea, quae oculis cernuntur, multo ante vidi, atque prospexi. Nec vero potuit futurum esse, praedecere. Quid enim erat, quod quicquam dubicaret, cum attenderes, quanta, quam diuturna, quam prope incipiabiles inter nos dissensiones essent, quin hostis eam, quam semper captare consueverat, arripere occasionem esset ventura, & laetanda Reip. Nunc pro vestra prudentia intelligere debetis, cum salus omnium Christianorum hoc tempore summo in discrimine versetur, vestram tamen praecipue salutem, ac libertatem agi: quippe cum hostis tanta victoria sublatas, & ferat, occupato legitimo regno vobis imminet. Vos tamen minime oportet, propter quos reliqui Christiani fortiores esse debent, ipsos ob hanc Reip. plagam, quanquam sit gravissima, animo deterrere: sed patriam virtutem, ac vere Germanum animum capere debetis: & cum fortiter hanc calamitatem ferre, ut magis ac fortes viros deceat, tum consilium inire, quo pacto fortissimorum virorum militum & sociorum vestrorum necem ulcisci, insulam vestro nomini ignominiam delere, salutem & libertatem vestri, atque facta, templa ex imminente periculo eripere, & conservare possitis. Et quoniam salus vestra cum ceterorum omnium Christianorum salute coniuncta est, aequum est, quicumque vobis consilia volunt, eorum vos studium minime aspernari: sed quid astant, benigne ac diligenter audire. Nam de me sic habetote, Germani, Me, quae dicam, non sine summo vestri omnium amore, & vestrae salutis ac libertatis cura esse dicturum. Amaui enim vestrum ego nomen omni mediisidius tempore maiorem in modum: vosque & imperio, & omni laude, atque honore dignissimos iudicavi: ea fuit maiorum vestrorum in rebus bellicis gloria, ea rerum gestarum amplitudo: tanta cum in vinctos Christianos, tum in Pontifices Romanos beneficia, ac merita: tam honorifica atque ampla ipsorum Pontificum de principibus vestris, ac tota ista natione decreta atque iudicia. Nec vero virtute, ac magnitudine animi, vos non maiorum vestrorum familes exististis, quos etiam optimarum artium studiis, atque

omni liberali doctrina superastis. Equidem negare non possum (vos appello, qui Christianam disciplinam committamini) non possum inquam negare, quin vos paulò fuisse modestiores optauerim: loquar enim ingentè, ut natura & confectio mea postulat. Sed & si vestra non omnino consilia, accedententias approbo, ita a vobis tamen dissentio, ut vos minime videam, non maledictis, non conuictis inflecter. Quin etiam quosdam ex nostris hominibus paulò fuisse doleo intemperatioros: in quibus etiam si mentem eorum optimam agnoscam, modè illam tamen illam, Christiano homine maxime dignam, intemè requiro, atque desidero. Nihil enim arbitror homine Christiano alienius, quam petulantiam, quam verborum immoderantiam, quam contumelias, quam maledicta, quam iniuriam, ut ad vos redeam, quod ego & vos antea de fide, de religione, de facis, de ceremoniis idem omnino sentimus, & ad idem, iam si plurimis maximisque de rebus dissentimus, vnum tamen & eundem Deum colimus, vnum Christum seruatorem nostrum agnosimus & veneramur, Christianam disciplinam atque in parte eandem tenemus, magnaque in spe sum, vobis ad equitatem & moderationem delabentibus, breui nos esse contentiosos: propterea vos in fratrum loco diligo, Deumque vobis oro, ut mihi ipsi placatum esse cupio, atque propitium. Quare & vobis, & reliquis Germanis, quos pari studio & benevolentia persequor, id consilij dabo, quod cum vniuersæ Reipublice præcipue vobis non solum honestum esse intelligo, sed etiam salutarem. Nam ego vestrarum magnitudinem virum, Germani, mecum ipse considerans, gentem hodie in terris aliam esse nullam video, quæ hostem victoria exultantem magis comprimere, & frangere eius, ac ferocia frangere, ac debilitare possit. Sine enim horum vestros intueor, regionum magnitudine sunt latissimi, & vniuersi, oppidorumque frequentia celeberrimi: siue genus hominum speciosum, & natura est, & exercitatione robustum ac bellicosum: siue opera cogito, & copias, cum publicè, tum priuatim præter ceteras gentes dices, atque opulenti estis. Vnum est, quod præterea requiratur, ut & vestram salutem ac libertatem tueri, & Reipublice præsidio esse possitis: quod si aberit, non est sanè, cur magnopere aut copiam affluentia, aut virorum multitudine, aut rei militaris gloria confidatis. Quidnam illud est? Consensio, Germani, atque Concordia. Etenim vobis contentientibus, & ad repellendum commonem hostem communi consilio, & ope mutua paratis, committere audeo magis esse posthac illi de tuendis imperij finibus, quam de proferendis: de salute sua, quam de nostro exitio cogitandum. An ego verear, ne quæ gens vna ex omnibus orbis terrarum nationibus aduersus populum Romanum illum poterit afflictorum

merum regum, maximarum & bellicosissimarum gentium videtur tanta nominis sui laude & gloria libertatem suam defendere, quae Romanas saepe legiones bellandi arte, atque usu praestantissimas superavit: quae a tot, tantisque Imperatoribus populi Romani nunquam subigi tota, & pacari potuerit: ea collectis, & maiore ex parte Asiaticis Turcarum formidet exercitus: eundem quantasilibet copias penè inermium, pedum tantum magnam, sed imbellem multitudinem, ac rumultuantem, paucas denique illas cohortes praetorias, quae robur hostium copiarum esse censentur, luxu & delitiis effeminatas minime sustineat? & quorum magnos exercitus Pannonos antiquum inrelictis dissensionibus vexarentur, saepe fuderint, iis Germani nec virtute, nec rei militaris disciplina Pannonibus infertiores, numero autem, atque opibus longè superiores, pares esse non possunt? Ego verò consensui vestro ne orbem quidem terrarum arbitraretur posse resistere. Sed me vestre Germani intestina discordia, recte simultates, vestra terrae dissidia, & cum de vestra, tum de Reip. salute vehementer anxium, & sollicitum esse cogunt. Iam pridem dissidetis inter vos, dissidetis nobiscum: maius vobis & Reip. à vestris dissensionibus, quam ab hostium multitudine periculum impendit. Hostis peratentè discordias nostras observare, & speculati solet: his gaudet, his confidit, has sibi opportunifimas ad totam, quod iam pridem animo agitatur, subigendam Europam iudicat. Quare sic sentio, Germani, cum vestra salus & libertas, & qua vivit Reip. salus pendet, in summum, ac planè extremum discrimen adducta sit, nihil esse tam necessarium, quam vitam, quae vos à vobis, & à nobis distrahunt, dissensiones & discordias tollantur. Nihil enim profectò eis potest vobis & Reip. esse perniciosius. Id adeò ex superiorum temporum calamitatibus licet intelligi. Etenim quascunque superioribus temporibus clades, & calamitates accepimus, propter nostrarum pertinaciam dissensionum accepimus: quaecunque regna, quaecunque Reip. proprietate, quaecunque praesidia communis salutis amisimus, propter nostras discordias, si rectè rationari volumus, amisimus. Victi, quod dicere pudet, victi, non magis hostium viribus, quam nostris contentionibus sumus. Amissa est Constantinopolis Graecorum sedes imperij. Quid ita? nempe quia inter se Graecia principes dissidebant, & cui hosti, si inter se, ut debuerant, consensissent, coniuventi haud dubiè resistere potuissent, singuli pares esse minime potuerunt. Amissa paulò post Graecia, Epirus, Macedonia, Moesia. Nempe quia, quos reges callidissimus hostis vniuersum superare non poterat, eorum discordiis observatis singulos oppugnare, reliquorum auxilio destitutos. Amissa nostris temporibus insula insula. Nempe ideo amissa est, quia regibus Christianis

inter se dissidentibus eius occupandæ occasio hostibus esse
est. Quid? patrum memoria principibus ac civitatibus Italiae
ter se pugnantibus, nonne Turcæ Hydrantem oppidum maxi-
mum Calabria occuparunt? quo quidem tempore, nulli eorum
esset Rex mortuus, hodie Turcarum imperio pareret Italia. Ne
verò hac in re, singulari fato nostra fuit Respublica, quod
hoc idem contigit rebus publicis, semperque continget, ut propter
intestinas dissensiones in maximas incidant calamitates, ac ter-
retrem etiam corrumpant. Quid enim aliud causæ fuit, cur nobilis-
sima & clarissima Græciæ civitates præcis temporibus, cum
adversus innumerabiles Persarum copias tam fortiter resiste-
rant, libertatem amitterent, & sub Philippi atque Alexandri Ma-
cedoniæ regum imperium ac ditionem redigerentur, nisi
inter se bella, atque discordiæ? Quid? Romanos toto perenni
orbe subactos, cum nulla iam vi externa superari posse viderent,
nonne bella civilia, & intestina ipsorum dissensiones afflicta-
& florentissimam omnium, quæ in tertis vniquam fuerit, ac
maximè memorabilem Remp. euerterunt? Possem multas
civitates, multa regna proferre, quæ tum antiquis temporibus
tum memoria nostra propter intestinas discordias labefactas ac
funditus everta sunt. Sed in re perspicua nihil arctius præter
empla colligere. Quid est autem, quòd miremur remum publico-
rum venenum ac peitem esse dissidia, cum etiam privato depre-
serat, augetque? Concordia, pessundet, evertatque? discordia
si quis tam stultus atque amens est, ut vilius aut regnum aut liber-
tatem publicam discordiis perturbatam, ac seditionibus hæc potius
stimer diutius, is illud quoque, nimirum opinabitur, naufragia in-
tis & inter se, & cum gubernatore pugnantibus, nihilominus
fluctibus ac tempestatibus ereptum iri, eoque, quòd curis fuerit,
incolumè peruenturum: quo quid cogitari potest amenius? Ha-
non, ut exercitus, militibus imperio ducem modeste parentibus,
ipsis ducibus inter se consentientibus, facile hostilem vim, & im-
petum sustineat, militum autem & ducum seditionibus nulli
negotio vincuntur: ita Respublicæ summa principum, & res-
quorum civium concordia gubernatæ facile salutem & libero-
tem tuentur suam, dissensionibus labefactantur, & concidunt.
Quòd si cui vniquam civitati, aut nationi summo studio ser-
tinenda concordia: quibus, obsecro, studiosius ea fuit, quam
nobis, qui Christiani & esse, & haberi volumus, confitemur.
Quid est, quod aut nobis sit dignius, aut Christo nostræ salutem
autori, & appellationis acceptius, quam pax? quàm fraternitas
quidam, & mutus inter nos amor: quàm summa sententiarum
omnium, voluntatumque consensus? Pacem ille in ore habebit
semper, cum in terris nobiscum versaretur, & præcepta nobis
apud

atque exempla degendæ vitæ, & consequendæ immortalitatis dare Pacem, quamcumq; in domum introibat, vt eximium quoddam, & summè optandum bonum, ei domui precebat: Pacem diligentes & sectatores suos, vt & ipsi retinere inter se, & ceteris commendam præcipere, diligentissime monebat. Et sanè quid dicit tam absurdum potest, quam cum ecclesiæ tanquã corporis vniuersi caput Christus sit: nos, qui eius membra corporis esse dicimus, simularibus inter nos, ac dissensionibus diuisos, atque distinctos esse: Fieri posse censemus, vt membra, nisi inter se iuncta, atque connexa sint capiti apte cohereant: aut in discordes animos, & odio ac similitate suffulos, Spiritus ille diuinus illabatur, & insuat? Atqui, si memoria vetera repetamus, nullam vnquam fuisse tempus reperiemus (magno hoc dico cum dolore) quo maiores quàm tempestate nostra, in Republica dissensiones extiterint. Nam vt bella ciuilia, quorum adhuc finem nullum videmus, omittam, tametsi inducijs inter duos maximos reges in aliquot annos Pauli Pont. Max. consilio & autoritate factis Respub. paulisper conquiescit. Fuit quidem hoc et prope dicam fatale, vt varijs extiterint temporibus, qui varias de fide ac religione controuersias excitarent, multaque ob eam causam à maioribus nostris viris sanctissimis ac religiosissimis habita semus esse concilia, quo eis dijudicandis Remp. constituerent, atque componerent. Verum antiquis illis temporibus vniuersa altera de re, paucis certe de rebus, controuersia & altercationes oriebantur. Nostra autem ætate quàm multis, bone Deus, & quàm magnis de rebus ambigi ceptum est, & summa contentione discipari: De enuntiandis coram sacerdote peccatis, de sacrificio, de baptismo, de ritibus, de sanctorum vitorum, qui consecrati sunt, cultu & imaginibus, de expiatorum post mortem peccatorum locis, de fide & recte factis, de ieiunijs, de sacerdotum officio potestate, cõnubijs, de sacerdotijs, de iure ac dignitate pontificis Romanorum: quid multa verè hoc mihi videor esse dicturus, in cuiuslibet temporum superiorum concilijs tot, ac tantas res agitata non fuisse, quot, & quantæ res, ætate nostra in controuersias sunt vocata: de quibus etiam, quod meminisse horret animus, serro iam aliquoties, serro inquam, & instructis vtrinq; copijs, maxima hominum Christianorum strage, sed multo maiore Christiani nominis dedecore, acerrime dimicatum est. Quo spectaculo quid sol vnquam vidit indignius? Quis igitur tot, tantasque cõtentiones, quibus ecclesiã dissipata atq; discerpta est, diuitius alijs atq; in uetera scere, non, quam hostibus optabile, tã vobis & Respub. fore perniciosum videt? Etenim per Deum immortalium, Germani, quo in statu sitis, & quanto in periculo ceterorum quidem etiam Christianorum, sed maxime vestra salus versetur,



tur, queso diligenter attendite. Turcarum rex Christiani nominis non voluntate solum, sed etiam natura hostis accerrimus, quo nulla est fides, nulla humanitas, nulla clementia, nec magis nostris, quam nostrae religionis hostis atque praeceps, cum iustitia et equitatem & pedum multitudine Pannoniam ingressus, dum inter vos in concilio concertatis, dum de sacris, de communionis, de maiorum institutis altercamini, dum attentiores ad vos hanc rem repellendos, quam ad hostes repellendos estis, neque intendendo regi optimo quidem in Reip. animo & excellenti virtute, sed haud magnis viribus, ea quae debebatis, auxilia subministratis, facile illius exercitum oppressit, & eam sociorum nostrorum stragem edidit, quam sine summo animi dolore, ac gemis commemorare non possum. Buda oppido munitissimo, & tota superiore Pannonia, per causam ferendi regulo auxilij, in potestatem suam contra foedus & pacem redacta, aditum sibi in Germaniam patefecit: cum recenti victoria, & perpetuo rerum futurarum cursu, tum vestris dissensionibus spes eius subigenda illi iecta est. Etenim quos consentientes formidaret, nec bello terrore esse lacessendos putaret, dissidentes sanequam despicit, atque contemnit. Ferdinandum regem toties à se victum, toties castris exutum, non de renouando bello amplius, sed de fuga castris cogitare: vobis eadem, liberis vestris seruitutem, coniugum & tumelias, agris depopulationem, ac vastitatem, oppidum castrum, atque inflammationem minatur. Vestras de sacris & religione concertationes non decretis, neque sententiarum note maiorem nostrorum, sed instituto suo sacerdotum interceptione, temporum spoliatione, atque incendijs se diiudicaturum esse denotat. Per Deum immortalem vtrum ego desipio, an periculum vobis nobisque imminens malus etiam multo est quam quantum à me esse dicitur? Vt superiorum calamitatum oblitiscamur, potest recentem cladem magnum documentum cepimus, quo cum hostis nobis res, atque certamen sit? vel potius, quo cum portento atque prodigio: qui quocumque peruadit cum illa infinita gentium ac nationum barbararum colluue tanquam rapidissimus torrentis, aut incendium ventorum vi diffusum, longe, lateque omnia prosterat ac proterit. O miseram Christianam rem, quam hostes non tam propter magnitudinem virum suarum, quam propter pertinaciam contentionum nostrarum vexarunt omnia tempora ac lacerarunt. O nos amentes, quos innumerabiles propugnationum etiam admonuerunt, quam nostrae sint calamitosa exitiabilisque discordia. O stultos, qui Deum nobis ob fiducia nostra iratum, infestumque esse minime sentiamus: longe verò stultissimos ac dementissimos, si cum id intelligamus, tamen in contumacia perseverantes illum posthac in nos hinc

tem, ac non multò seueriorem, & vehementiorem existimamus
 futurū. Nunc vos appello Germani, qui studio corrigendę Chri-
 stianę disciplinę sic n. pra. vobis fertis) cum reliquis Germanis &
 nobiscum differatis, quæso me studio Reip. & vestri amore com-
 pello, paulo vobiscum seuerius agere sinite, & ea quę dicam, in
 certam partem accipite. Externis bellorum tempestatib. con-
 cussa est iam pridem, & vehementer labefacta Respub. Cur tam,
 quam fultite vestrum erat, vestris contentioni- bus pergitis labantē,
 & proclinatam impellere: Quid non intelligitis, si ea quod Deus
 omen aeterni) collapsa erit, nullos amplius fore sacerdotes, quo-
 rum mores & disciplinam corrigatis: nulla maiorum instituta,
 nullas ceremonias, nullas leges, quas abrogetis: nullam, quę com-
 mune sit, Remp. Vos deniq. qui cōmutes, nullos fore Ruere &
 petre vobiscum hæc omnia maualtis, quām cum reliquis Ger-
 manis, ac nobiscum consentientes, vno animo, & communi ope
 atq. auxilio tueri salutem, tueri fortunas, tueri libertatem com-
 munitati: Deniq. aras, templa, Christi seruatoris nostri religionem
 tuam? Quanto est sapientia vestra dignius, quanto vobis gloriōsi-
 us, curatum incendium, antequam latius serpat, extinguere,
 quam committere, vt vestris contentioni- bus augeatur, eoq. pau-
 lo post tota constagret, ardeatq. Germania? Quod quidem mihi
 credide futuram est, nisi cum fratrib. vestris omni contentione, &
 sanitate deposita, in gratiam redeatis. Fratres n. & consanguinei
 vestri sunt, qui similitudine morū, atq. institutorum, qui religio-
 nis & sacrorum cōmunionē, qui omnis & diuini & humani iuris
 societate vobiscum sunt coniuncti: qui eundem, quem vos in celo
 patrem habent, qui deniq. eodem Christi sanguine in spem æ-
 ternam ac celestis vitę iterum sunt generati, atq. orti. Tutæ vero
 communitas omnium nostram hostes, qui præterquam quod spe-
 ciem hominum habent, cæteris rebus omnibus nobiscum dissi-
 dent, disciplina, studijs, moribus, institutis, legibus. Nos liberrati
 natifanus. Illa barbaries seruicui. Nos ex rebus humanis fidem:
 et diuinus iusurandum sanctissimum putamus. Illa gens fallax,
 perniciosa, periura, scdisfraga est. Nos Dei filium Christum serua-
 torem humani generis colimus, ac summa religione veneramus.
 Illa Christi religionem ex mortalium animis penitus euulsam
 cupit. Nostri reges erga populos suos benigni atq. clementes
 sunt. Eorum rex superbissimus omnes, qui sub eius imperio ac do-
 minatu sunt, seruorum loco, & vilissimorum mancipiorum ha-
 bet. Nostri reges bello victis non patriam, non agros, non liber-
 tatem eripiunt. Ille captos plerunq. omnibus supplicijs affectos
 necat. Deditis modò vnā cum libertate patriam & fortunas adi-
 mit, modò patrijs sedibus exturbatos in longinquas solitudines,
 pauperam pecora, abigit, ac traducit. Illius teteritiam atq. imma-
 nissimam



nissimę bellę superbissimum dominatum nõne etiam fr̄
 viere liceret, tamen qui & liberi, & Christiani nati sunt, atque
 præoptaretis effugere? Atq; is vestris nunc mirum in modum la-
 tatur, exultatq; discordijs, quas quã maxime sperat, optatq;
 se diurnas. Contrã fratres vestrã ciuitatam ab se abalica-
 nem iniquissimo animo ferentes, vt sibi primo quoq; sepe re-
 conciliemini, votis omnibus expetunt. Vñne hosti potius, quam
 fratrib. salutis, libertatis, glorię vestrę cupidissimis, obsequia
 nimum induceris? Ille id optat, quod vobis turpe, quod odiosum,
 quod exitiosum est. Fratres, quod honestum, quod salutare, quod
 pium. Plũsne apud vos hostis oprata nefaria valebunt, quam fra-
 trum preces iustissimę: obsecro vos, obsecroque per Dominum
 Dei nostri Iē s v Christi mortem, quam propter vitam & conser-
 uationem nostram æterno Dei patris decreto & voluntate con-
 natus obiit, consentite cum reliquis Germanis, conspirete vo-
 bis cum, subuenite Reip. communi salutis, libertatis, religionis
 currite. Si qua facta est propter diurnas dissensiones animarum
 vestrorum offensio, eam Christo seruatori nostro libentes remitte-
 te, & condonate. Postremò quoniam commune Christiano-
 rum concilium conuocari placet, atq; adeo necesse est, & quidem pri-
 mo quoq; tempore, siue illud in Italia, siue in Germania habe-
 tur, neq; n. debet hac de re esse contentio, modo si locus delige-
 tur, quò tutò & commodè accedi possit, ad id vos non contentio-
 nis cupiditate commoti, sed studio reconciliationis, studio con-
 cordię adducti conuenitote. Confido tantam fore in amplissimã
 ecclesię Romanę senatu grauitatem, atq; virtutem, tantam in
 pontifice maximo moderationem ac sapientiam, tantam in Ca-
 rolo Imperatore maxime religioso ac pio, reliquisq; ecclesię
 principibus cõpositionis cupiditatem atq; concordiam, vt facile sit
 conuentura Respublica. Quod quidem faxit Christus, quem sup-
 plex precor, vt vestras, & principum omnium Christiano-
 rum ad studium reconciliationis impellat, & ecclesiã suam
 difficillimo, ac miserimo tempore pro sua sum-
 ma clementia, misericordiaque
 conferuet.

F I N I S.